SECTIO XX.
DE
AQUIS DESTILLATIS COMPOSITIS.

AQUA EPILEPTICA.

℞.	*Rad. Pæoniæ debite collect.*	Unc. ij.
	Aristoloch. rot.	
	Diptamni alb.	
	Angelicæ	ana Unc. ja.
	Visci quercini	
	Stercor. Pavonis	
	Squillæ præp.	
	Anacardi	ana Unc. j.
	Sem. Pæoniæ maris	
	Coriand. præp.	
	Carui	
	Fæniculi	ana Drach. ij.
	Secundin. exsic. in qua masculus fuit	
	Castorei veri	ana Unc. s.
	Herb. Card. benedict.	
	Millefolii	
	Rutæ sylvest.	
	Salviæ acut.	
	Rorismarin.	ana Drach. ij.

Incisa & contusa infundantur in Vini Malvatici Lib. xij. & digerantur in loco calido per octiduum, vase quotidie multoties commoto; Postea per alembicum destilla & liquori destillato à novo impone.

Flor.

Flor. Pæoniæ maris
Lilior. conval. ana Unc. iiij.
Betonicæ
Tiliæ
Lavendulæ
Melissæ
Borraginis
Buglossæ ana Unc. js.
Nuc. Moschat.
Cubebarum
Macis
Cinamomi acut.
Piperis longi
Caryophyllor. ana Unc. j.

Misc. & igne lentissimo in B. Mariæ secunda vice destilla.

Vires, Usus, Dosis.

VAlet à tota substantia contra Epilepsiam, Vertiginem, Lethargiam, Congelationem, & Subethicos affectus: à quibus omnibus præcavet, & quos propriè curat. Exhibetur in ipso paroxysmo Epileptico ab Unc. j. ad Unc. js. In præservatione autem singulis Lunæ quadris, in omni humida & nebulosa aeris constitutione à Cochl. j. ad Cochl. ij.

AQUA APOPLECTICA.

℞. *Sem. Erucæ* Lib. j.
Sileris mont.
Carui
Anisi ana Unc. j.
Rad. Caryophyllat. Unc. iiij.
Pæoniæ mar.
Pyrethri

Acori

Acori aquat.	ana Unc. ij.
Bac. Juniperi	Unc. iiij.
Lauri excort.	Unc. js.
Herb. Ivæ arthetic.	
Hyssopi	
Majoranæ	
Origani	
Verbenæ	ana Unc. s.

Confractis & contusis crasso modo affunde in matrcio capaci Vini Malvatici Lib. X. Spirit. Rosarum Lib. ij. Stent in infusione per 14. dies; postea in B. destill. ad siccitatem, & in liquore destillato iterum funde:

Flor. Liliorum convall. rec.	
Primulæ veris rec.	
Lavendulæ	ana Unc. iiij.
Salviæ acut.	
Calendulæ	
Betonicæ	
Anthos	ana Unc. js.
Cardamomi utriusque	
Cubebarum	
Lig. Aloes	
Nuc. Moschat.	
Macis	
Cinamomi acut.	
Galang. min.	
Piperis long.	
Caryophyllor.	ana Unc. j.

Misc. & denuò digeratur per triduum; deinde mediante B. Mariæ in organis Vitreis igne lentissimo destilletur: postea per se rectificetur inferendo rostro alembici Galliæ Moschat veræ Scr. j. bombace involuta.

voluta. Tandem aqua in vitro bene clauso usui servetur.

Vires, Usus, Dosis.

AQua Sophorum rectius appellatur: quoniam est miræ virtutis in confortando cerebro & nervis. Memoriam & intellectum admodum juvat. Ab Apoplexia & Paralysi præservat, nec non ab aliis periculosis Capitis affectibus. Humores insigniter discutit ac attenuat. Sanguinem puriorem reddit, & colorem vividum corpori tribuit. In Apoplexia præsertim apprimè confert, sive intrinsecus sumatur sive membra affecta illa inungantur. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

AQUA DE XYLOALOE.

℞.	*Spec. Conf. Anacard.*	Unc. j.
	Sem. Siseris mont.	
	Carui	
	Fæniculi	
	Lavendulæ	ana Drach. vj.
	Herb. Majoranæ	
	Rorismarin.	
	Salviæ min.	
	Flor. Primulæ veris	
	Stæchad. Arab.	
	Rosar. rub.	
	Anthos	ana Drach. ij.
	Galangæ min.	
	Cinamomi acut.	
	Caryophyllorum	
	Macis	
	Nuc. Moschat.	

Cubebarum
Cardamomi min. ana Drach. j.

Crassiuscule incisa & contusa infundantur in V[illegible] Malvatici Lib. iiij. stent ita simul in sole, vel loco di[illegible]stionis per mensem; postea adde:

Aq. Liliorum convall.
Flor. Hyperici ana Lib. ij.
Buglossæ
Melissæ
Betonicæ ana Lib. j.

Misc. & per B. M. destillentur; & in liquore des[illegible]to toto iterum infunde:

Lig. Aloes ponderos. Unc. iiij.
Cassiæ ligneæ Unc. j.
Spec. Diaxyloalcos
Diambræ ana Unc. s.
Croci orient. Drach. j.

Misce & post debitam digestionem denuò per B[illegible] destilla, & aquam destillatam usui reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

IN confortanda imbecilla memoria hæc aqua i[illegible] & famigerabilis est: aperit enim omnes meatu[illegible] rebri obstructiones, omnesque crassos, lentos, & [illegible]sos capitis humores absumit. Dosis à Cochl. j. [illegible]matur autem manè, simulque nucha eadem illi[illegible] fricetur, nec non debita diæta observetur: Sic intell[illegible]ctum egregie juvat, oblivionem delet, & ingenium [illegible]gulariter acuit.

AQUA MASTICHINA.

℞. *Aq. Menthæ crispæ* Lib. j.

Cary[illegible]

Caryophyllor. cum Vino Malvat. destillat. Unc. iiij.
Gran. Mastichis elect. Unc. j.

Coquantur in duplice vase per duas horas; postea filtrentur, cum syr. Cydoneor. edulcorentur, & ad usum serventur.

Vires, Vsus, Dosis.

IN Nausea, Vomitu & Cholera morbo, quæ cognata sunt mala, hæc aqua efficacissima est; Stomachum enim confortat, & facultatem retentricem maximè roborat. Dosis ab Unc. ij.

AQUA HYPNOTICA.

℞. *Sem. Papav. alb. & nigri* ana Unc. viij.
Melon. excort.
Anethi
Anisi ana Unc. j.
Amygdal. amar. Unc. ij.
Rad. Glycyrrhiz.
Nuc. Moschat. ana Unc. js.
Cardamomi min.
Macis ana Unc. s.
Croci orient.
Flor. Papav. errat.
Violarum rec. ana Drach. j.

Incidantur, contundantur, & infundantur in
Aq. Lactucæ Lib. iij.
Rosar. rub.
Nymphea ana Lib. ij.
Portulacæ
Endiviæ ana Lib. j.

Misc. & digerantur in loco calido per biduum aut triduum; postea in B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

IN omnibus diuturnis vigiliis, doloribus acutis, in Febriumque ardentium calore & siccitatæ hujus aquæ longè tutior est usus, quam aliarum soporificarum quas in substantia, Hyoscyamus, Mandragora, opium &c. ob illorum virulentiam & nimis soporiferam qualitatem, ingrediuntur. Dosis ab Unc. s. ad Unc ij. plus minusve per se, vel additis amygdal. vel Sem. 4. frig. major. fiat emulsio exhibenda.

AQUA NARCOTICA.

℞.	*Suc. Flor. Papav. errat. depurati*	Unc. xvj.
	Opii in aq. Solani diss.	Unc. ij.
	Cort. rad. Mandragoræ	
	Croci oriental.	ana Unc. s.
	Styracis calamit.	Drach. ij.
	Lig. Aloes	Drach. j.

Misc. & B. M. destillentur ad tertium cohobium.

Vires, Vsus. Dosis.

SOmnum mirabiliter provocat & in omnibus doloribus, inquietudinibus, vigiliis extremis, anodynum est præstantissimum & accommodatissimum. Melancholicis & supra modum mœstis, Spiritus animales recreat, tristitiam aufert, & omnes nidores in cerebro tumultuantes discutit. Maniacorum & Phreneticorum bilis fervorem compescit & furiam illam mitigat, quibus subitò quietem conciliat. Dosis à Drach. j. ad duas.

AQUA

AQUA OPHTHALMICA
Aurea.

℞. *Decoct. Lig. Brasili cum pauco Aluminis in vino Malvat.*
Aq. Rad. Herb. & Flor. Valerianæ cum vino destillat.
Sacchari cum ana Fragis matur. destillat. ana Unc. xij.

Rosarum fragrantiss.	Unc. viij.
Fæniculi	
Verbenæ	
Flor. Cichorei	
Euphrasiæ	
Pulegii	
Rutæ hort.	ana Unc. vj.
Mellis virginei	Unc. iiij.
Tutiæ præp.	Unc. js.
Vitrioli alb.	
Croci Metallor.	
Myrrhæ rub.	
Aloes Rosat.	ana Unc. s.
Sacchari candi alb.	
Camphoræ	ana Drach. iij.
Zingib. albi	
Caryophyllor.	
Piperis nigri	
Bac. Lauri	
Cinamomi	ana Drach. j.
Sal Chelidoniæ	
Valerianæ	
Saturni	ana Scr. j.

Ex his omnibus invicem bene mixtis f. l. a. Collyrium, quod in vitro clauso per mensem, aliquoties in

die movendo, in lento ignis aut Solis calore digeratur; postea usui reservetur.

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus oculorum affectibus, valdè mirabilis est. Perfectissime enim omnes oculorum prolapsus, inflammationes, lippitudines, nebulas, fistulas, maculas &c. curat, vehementissimosque dolores sistit, & si non eodem, altero die persanat, guttula una atque altera per oculorum cavitates, manè, meridie, & vesperi diligenter diffusa.

AQUA OPHTHALMICA VIRIDIS.

℞.	*Mellis Virginei*	Unc. viij.
	Fragor. matur.	Unc. iij.
	Vitrioli alb.	
	Salis com.	ana Unc. s.

Misc. & in vase aurichalcino stent in loco humido, frigido sæpius agitando, donec perfecte virescant, & viridi sese demonstrent colore; postea adde:

Vini Malvatici	Lib. j.
Aq. Rosarum opt.	
Flor. sambuci	ana Lib. s.
Consolid. rega.	
Euphrasiæ	
Chelidoniæ	
Valerianæ	
Cyani	ana Unc. iiij.

Misc. stent in vitro clauso aut in caloris digestione per mensem, vel quod melius, sub dio soli & rori exponantur per aliquot septimanas, tunc viridissimus liquor separat sese in superficiem, remanentibus in fundo fæcibus

cibus impuris, à quibus separetur, & sic demum insolata promenda usui.

Vires, Usus, Dosis.

AD oculorum contusiones, inflammationes, ardores, rubedines, Lippitudines, inustiones, fistulas, pustulas, fluxum tenuem, epiphoram &c. medicamentum est solemne. Usus ejus, ut bis ter vè in die gutta una atque altera oculo instilletur atque intrusa aqua per totum oculum diffundatur; sic infirmus cito curabitur.

AQUA OPHTHALMICA SUBNIGRA.

℞.	*Vini Græci generosi*	Lib. j.
	Aq. Chelidoniæ	
	Rosar. alb.	
	Euphrasiæ	
	Fæniculi	
	Rutæ hort.	ana Unc. vj.
	Caryophillorum	
	Aloes epatic.	
	Tutiæ præp.	ana Drach. v.
	Camphoræ	Drach. vj.

Misc. in phiolâ vitrea & expone soli per dies caniculares, semel in die agitando; postea immotam reserva ad usus.

Vires, Usus, Dosis.

EPiphoras rarefacit, rubores discutit, lippitudinum causas exsugit, corneam & limpidiorem reddit, & totu subjacentes humores crassos extenuat. Usus tempore præcipue misce instillando parum in oculum, nec non petias ex collyrio hoc madentes, si opus, extrinsecus applicando.

AQUA OPHTHALMICA DE Cancris.

℞. *Cancror. fluviat. vivor. mense Junio Sole & Luna in cancro existentibus.* Nr. xxxj.

Et pro pondere horum adde tantum Herb. Chelidon. cum toto, contunde hæc una, iisdemque porrò adde:

Sem. Fæniculi contus.	Unc. j.
Fabar. marin. præp.	
Camphoræ	ana Unc. s.
Caryophyllor.	
Aloes epaticæ	
Tutiæ præp.	ana Drach. ij.

Misce & divide in tres aquales partes, primamque partem in B. M. destilla; deinde partem alteram immitte cucurbitæ, & destillatam illam à parte prima aquam affunde, rursumque abstrahe, ut prima vice, tum tertiam quoque partem infer, & aquas antea destillatas omnes iterum superinfunde, adeoque tertia vice destilla. Et sic verè præparata est aqua illa de cancris & Chelidoniâ famosissima. Qui vult, ex fecibus calcinatis salem potest extrahere, & majoris efficaciæ ergò adiscere.

Vires, Vsus, Dosis.

HÆc illa est aqua ophthalmica pretiosissima, magno semper in pretio habita, cujus etiam Crollius in Basilica sua chymica mentionem facit his verbis: Mirum & stupendum ophthalmicum fit ex chelidonia & cancris. Quod si debito artificio & tempore præparetur, oculos ad desperationem læsos, virtuosissime restituit, & omnia vulnera 24. horarum spacio conglutinat. Hactenus Crollius. Sed modum præparandi ex

mera

mera invidia revelare noluit, vel ipsemet nescivit, nisi quod ab aliis eandem deprædicari forsan audiit. Hac de aqua ophthalmica ægris oculis una, duæ, pluresque guttulæ instillentur, vel illinantur plumâ gallinæ nigræ, idque bis, ter quaterve quotidie, prout necessitas requirit, & continuandum hoc, donec æger sanitati restituatur.

AQUA OCULARIS INTERNA.

℞. *Bac. Juniperi*	Unc. ij.
Cass. ligneæ	Unc. j.
Sem. Sileris mont.	
Faniculi	ana Unc. s.
Rutæ	Drach. iij.
Spec. Diamoschi dulc.	
Nuc. Moschatæ	
Lig. Aloes	ana Drach. ij.
Fol. Euphrasiæ	
Verbenæ	
Rutæ	
Sum. Rorismarin.	
Salviæ	
Pulegii	
Anethi	
Faniculi	ana Drach. js.
Flor. Chelidon. major.	
Betonicæ	
Lavendulæ	
Rosar. rub.	
Anthos	ana Drach. j.

Macerentur in vini Malvatici Lib. vj. per octiduum; postea B. M. destillentur.

Vires; Vsus, Dosis.

AD visus imbecillitatem & caliginem, Spiritusque visivos confortandos, cerebrum humoresq; ipsius rectificandos, præmissis universalibus, mirificè prodest. Dosis manè & vesperi ab Unc. s. ad Unc. js.

AQUA PECTORALIS.

℞.	*Amygdal. amar.*	
	Passular. min.	ana Lib. s.
	Rad. Ireos flor.	
	Glycyrrhiz.	
	Altheæ	
	Tussilag.	ana Unc. j.
	Malvæ min.	
	Symphyti major.	
	Enulæ camp.	ana Unc. s.
	Sem Fæniculi	
	Anisi	
	Cydoneor.	
	Card. bened.	
	Card. Mariæ	
	Myrtillor.	
	Urticæ	ana Drach. iij.
	Croci oriental.	
	Cardamom. min.	
	Macis	
	Cinamomi acut.	ana Drach. ij.
	Herb. Pulmonar. utriusque	
	Veronicæ	
	Marrubii.	
	Hederæ ter.	
	Capil. Ven.	
	Scabiosæ	

Hyssop.

Hyssopi
Salviæ ana Drach. js.
Flor. Chamomillæ
Farfaræ
Violarum
Jaceæ ana Drach. j.

Incisa & contusa infund. in Hydromellis opt. & antiqui Lib. xij. & digerantur per octiduum; postea B. M. destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

AD miraculum usque in omnibus thoracis affectibus, utpote; Dispnæâ, Orthopnæâ, Asthmate, Tussi &c. operatur. Pituitam crassam, lentam & viscosam in pulmonibus vel capacitate pectoris collectam, attenuando, incidendo, ac detergendo ad eductionem per screatum, facilem reddit, & Stomachum simul confortat, præservat & curat una cum spec. Diasulph. nost. sumpta, omnes putrefactiones & apostemata. Præterea Phthisicis, Pleuriticis, Suspiriosis, Arteriacis, Empyacis, seu purulenta exscreantibus peculiariter & efficaciter opitulatur. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. & Unc. ij.

AQUA ANTIPHTHISICA.

℞. *Cons. rad. Consolid. major.*
Rosar. rub. ana Lib. j.
Micarum panis trit. Unc. iiij.
Pinearum mundat.
Pistat. virid. ana Unc. iij.
Rad. Chinæ Unc. ij.
Flor. Epaticæ alb.
Rorismarini

Medullæ

Medul. Nuc. Ind.	ana Unc. j.
Macis	Unc. s.

Confractis & contusis affunde in matracio cu paci.

Aq. Pulmon. vituli	Lib. ij.
Plantaginis	
Caponis	ana Lib. j.
Cinamomi bugloss.	
veronicæ	
Scabiosæ	ana Lib. s.

Stent in infusione per octiduum, aliquoties in die mo vendo; postea adde:

Suc. Tussilag. exp.	
Lact. Caprini	ana Lib. s.
Sang. Porcelli unius (vom gantzen Spa fercken)	
Limacum è suis testis extract. & contus.	Unc. js.
Hepat. Gallinarum	No. iij.
Croci oriental.	Drach. j.

Denuò misce, & Bal. Mar. per alembicum destilla.

Vires, Vsus, Dosis.

EStaqua mirabilis operationis & expertissima ad curandum Phthisin, sanandum ulcera Pulmonum, & purgandum pectus ab humoribus crassis. Phthisicis autem ex thorace rheumatizantibus; Item, Asthmaticis, Peripneumonicis, &c. in sequenti forma exhibere solemus, & oculariter juvat.

℞.	*Aq. Antiphthisic.*	Unc. xix.
	Sacchari cand. alb.	Unc. iij.
	Lact. Sulphuris	Drach. ij.

Fior.

Flor. Sulphuris Drach. js.
Mag. Perlar. orient.
Coral. rub. ana Drach. j.

Misc. Dosis manè, meridiè & vesperi à Cochl. j. ad Coch. ij. Et homo ex hujus liquoris usu fit valde pinguis: quia humectat, lenit, nutrit, confortat, humiditatem radicalem restaurat, & Tussim sedat. Extenuatis, consumptis, & Hecticis maximum solatium est; illos enim pristinæ sanitati restituit & morbum planè expellit; sed priusquam ad usum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

AQUA PULMONIS VITULI.

℞. *Interiora Vituli, Cor scilicet. Pulmones. Epar; eaque deposita pinguedine & exemptis probè venulis, minutim conscinde; postea adde:*
Rad. Consolidæ major. Unc. iiij.
Herb. Pulmonariæ Gallicæ
Sanguisorbæ
Hyssopi
Veronicæ
Salviæ
Agrimoniæ ana Unc. s.

Affunda earundem aq. s.q. & decoque in ollâ vitreata nova cooperta.

℞. *Brodii cum toto* Lib. iij.
Aq. Borraginis
Buglossæ
Rosarum ana Lib. j.
Spec. Diamargar. frig.
Rad. Pimpinellæ
Cinamomi acer. ana Unc. j.

Quat.

Quat. Sem. frigid. major.	ana Drach. ij.
Flor. Cordial.	ana Drach. j.

Misc. & B. M. per alembicum destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

HEctici & phthisici hujus aquæ usu diu possunt fo veri: Propterea non sine ratione apud nos desc ptio hæc semper in magno pretio est. Dosis per se Cochl. j. ad Cochl. ij.

AQUA CAPONIS.

℞. *Caponem, quem s. a. coque in ollâ novâ vitre tâ cum*	
Passular. minor.	
Pinearum	
Rad. Glycyrrhiz.	ana Unc. j.
Iujuben	
Sebesten	ana No. xij.
Caricarum recent.	No. viij.
Herb. Pulmonariæ	
Endiviæ	
Farfaræ	
Lactucæ	ana Unc. s.
Flor. Violarum	
Betonicæ	ana Drach. j.

Peracta coctione contusis omnibus in mortario lapi pideo, adde:

Vini Canariensis recent.	Lib. iij.
Aq. Tussilaginis	
Marrubii	
Bugloss.	ana Lib. j.

Mis

Micæ panis alb. lacte capril. macerat. Lib. s.
Conf. Borraginis
Rosarum
Polytrichi ana Unc. iiij.
spec. Diamargarit. frig. Unc. s.
Cinamomi acut.
Macis
Sem. Anisi ana Drach. ij.

Mixta per alembicum è B. M. destill. secundum artem; & liquor destillatus usui servetur.

Vires, Usus, Dosis.

HÆc Caponis aqua per se, in morbis pectoralibus Tussi nempe, Asthmate, Phthisi, &c. exhibita, efficacissima & famosissima est. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria.

AQUA CINAMOMI BUGLOSSATA.

℞. *Aq. Buglossæ* Lib. vj.
Flor. Violarum
Rosarum ana Lib. ij.
Cinamomi acut. Lib. j.
Cort. Rad. Bugloss. Unc. iij.
Flor. Borraginis
Melissæ ana Unc. j.
Spec. Diarrhod. Abb. Unc. s.

Misc. & post debitam digestionem in Bal. Mar. destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

COncoquit, emollit, venenis resistit; Cerebrum, Cor, Ven-

Ventriculum, Hepar, Splenem confortat. Oculos c[illegible]rificat. Urinam movet; nec non Renibus & Vesi[illegible] convenit. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria.

AQUA EX CORDE CERVI.

℞.	*Cord. Cervi minutim incis.*	No. j.
	Cinamomi acut.	Unc. s.
	Caryophyllor.	
	Cardamom. min.	
	Galang. min.	
	Macis	
	Croci or.	ana Drach. ij.
	Lig. Aloes	
	santal. citrin.	
	Cort. Citri	
	Sem. ocymi caryophyllat.	ana Drach. js.
	Flor. Lavendulæ	
	Rorismarin.	
	Melissæ	
	Salviæ	ana Drach. j.

Macerentur in vini Malvatici Libr. vj. per nocte[illegible] manè in B. M. per alembicum destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

COr confortat, illudque à tremore & aliis periculo[illegible]sis accidentibus præservat; Tum quoque cadu[illegible] virtutis & defectum animi curat! Spiritus enim vitales & naturales fovendo & augendo resuscitat, & Cordi quam citissimè subvenit. Dosis à Cochl. j. ad duo vel tria cochlearia.

AQUA CORDIALIS FRIGIDA.

℞.	*Conf. Rosarum rub.*	Lib. js.

Frui

Fruct. Rubi Idæi Lib. j.
Spec. Diarrhod. Abb.
Diamargar. frig. ana Unc. js.
Sem. oxalidis Unc. j.
Santalor. omnium ana Unc. s.
Flor. Cordialium ana Drach. ij.

Misc. & infunde in aquarum sequentium:

Acetosellæ
Nymphææ
Fragorum
Violarum
Borraginis
Buglossæ ana Lib. j.

Mixta digerantur per aliquot dies; postea iterum adde:

Aq. Cinamomi buglossat. Lib. js.
Suc. depurat. Cydoneor.
Limonum
Citri ana Lib. s.

Denuò misce & in B. M. per alembicum abstrahe:

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus ardentibus Febribus & aliis morbis summè calidis & corrosivis, suaviter & supra modum Cor exæstuans refocillat, & inde omnium virium imbecillitatem firmat. Iis quoque, quibus animus deficit, sive à corde, sive Stomacho originem ducat, omnem noxæ venenosæ causam vitalium partium discutit, & Spiritus ex nimii caloris imbecillitate & tremore languentes ad pristinum statum & robur restituit. Dosis ab Unc. j. ad ij.

AQUA CORDIALIS CALIDA.

℞. *Cinamomi acut.* Unc. iiij.
Rad. Caryophyllat. Unc. iij.

Caryophyllorum	
Terræ sigillat.	ana Unc. j.
Cardamom. utriusque	
Galangæ min.	
Macis	
Zedoariæ	
Flav. Cort. Aurantior.	
Cort. Citri	
Sem. Ocymi Caryoph.	ana Unc. s.
Ligni Aloes odorat.	
Croci oriental.	
Spicæ Indicæ	
Pulegii exsiccat.	ana Drach. iij.
Flor. Borraginis	
Buglossæ	ana Drach. js.

Pulverisata & mixta infund. in Vini Malvaticij iiij. stent in Infusione per octiduum; postea adde:

Aq. Cinamomi cum vino destill.	
Flor. Tunicæ	ana Lib. s.
Rorismarini	
Lavendulæ	
Melissæ	
Salviæ	ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahe.

Vires, Usus, Dosis.

OPitulatur valdè mirabiliter omnibus frigidis Cordis affectibus, ejusque palpitationi & animi defectioni prodest. Lypothimiam & Syncopen curat. Spiritus vitales recreat, Tristitiam citra causam ortam amovet & Cor exhilarat. Eos quoque, qui à longo morbo adhuc debiles sese recolligunt, egregiè roborat.

borat. Corpus universum vividum reddit & canitiem retardat: Quicunque enim senex utitur hac Medicina, non indiget alia in sanitatis suæ conservatione. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & iij. pro una vice.

AQUA ACETOSA STOMACHALIS.

℞.	*Sacchari albiss.*	Lib. j.
	Cons. Rosar. opt.	
	Aq. Rosarum	
	Sp. Vitrioli rect.	Unc. s.

Fiat mixtura; postea colatura serventur ad usum.

Vires, Usus, Dosis.

ACetosa hæc stomachalis, utrobiq,, id est, in intemperie tam calida quam frigida, valet; cujus effectus etiam in inappetentia & fastidio, quod fit ex succo vitriolato vitiato in Ventriculi fundo & consopito, satis laudari nequeunt. Omnem enim coctionem sive ablatam, sive tardam, sive vitiatam, insigniter juvat, & Ventriculo robur conciliat. Exhibenda in justo vehiculo, [horis duabus ante pastum sine motu, vel hora una cum motu] prævalente quidem caliditate cum vino Granatorum vel Syr. Limonum vel acetos. Citri, vel tinct. Rosarum, &c. prædominante verò frigiditate cum aq. Cordiali; vel Stomachicâ nost. calidâ, aut vino Absinthiaco, Malvatico, aut alio generoso. Dosis est saporis in acidum mutatio.

AQUA STOMACHICA CALIDA.

℞.	*Galangæ min.*	Unc. js.
	Caryophyllorum	

Nuc. Moschat.	
Cinamomi acut.	
Zingib. alb.	
Mastichis elect.	
Rad. Pimpinellæ	
Enulæ camp.	
Acori aquat.	ana Unc. j.
Menthæ crispæ	Drach. vj.
Rorismarini	
Salviæ acut.	
Absinthii	ana Unc. ß.
Cardamomi utriusque	
Calami aromat.	
Macis	
Piperis longi	
Sem. Ameos	ana Drach. iij.
Schænanti	
Spicæ Indic.	
Lig. Aloes	ana Drach. ij.

Mixta & contusa macerentur in Vini Malvatici Lib. viij. Aq. Pulegii Melissæ ana Lib. j. per 14. dies; *postea* B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

VEntriculum frigidum calefacit atque rectificat. Torsiones, punctiones & dolores sedat. Pituitam & humorem crudum in eo collectum digerit, acconcoquit. Phlegma liquefacit. Nauseam & vomitum sistit. Acido ructui medetur. Podagram à causa frigida dissolvit: Neç non ad maciem & dispositionem senectutis, ad excitandum appetitum & caliditatem in senibus, ad fugandum ventositatem crassam, ad aperiendum oppilationes, ad resolvendum humiditates superfluas & cor-

corruptas, juvamentum divinum est. Dosis à Cochl. j. ad duo & tria, vel ab Unc. s. ad Unc. j. & duas.

AQUA EPATICA FRIGIDA.

℞. *Fragorum maturor.*	Lib. j.
Spec. Diarrhod. Abb.	Unc. iiij.
Rad. Cichorei	
Agrimoniæ	
Scorzoneræ	
Eringii	ana Unc. j.
Flor. Centaur. min.	
Epaticæ alb.	
Borraginis	
Rosar. rub.	ana Unc. s.
Rhabarb. elect.	Drach. iij.
Santalor. omnium	ana Drach. ij.
Sem. Quat. frig. major. & minor.	
Oxalidis	ana Drach. js.

Incisa & contusa infund. in Vini rub. Lib. iiij. Stent in infusione per octiduum; postea adde:

Aq. Flor. Epatic. alb.	
Portulacæ	
Acetosellæ	
Endiviæ	
Melonum	
Cichorei	
Rubi Idæi	
Cuscutæ	ana Lib. j.

Misc. & per alembicum in B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

TUtissimus & felicissimus hujus aquæ usus est, in omnibus Febribus ardentibus, Tertianis, Quotidianis,

dianis, Quartanis cæterisque totius corporis à ca
proficiſcentibus noxis, in quibus Epar patitur. Inf
Ventriculi, Pulmonum & Lienis intolerabilem &
roſivum calorem alterando & confortando virtuo
me & occulariter attemperat ac emendat. Doſis alt
horis ab Unc. j. ad duas & tres, per ſe vel cum ſy
conveniſentibus & ſpecificis.

AQUA EPATICA CALIDA.

℞.	*Spec. Diacubeb.*	Unc. iij.
	Rad. Coſti amari	
	Apii	
	Curcumæ	
	Fæniculi	
	Gran. Iuniperi	
	Sem. Aniſi	
	Ameos	
	Dauci	ana Unc. j.
	Calami aromat.	
	Rhabarb. elect.	
	Caſſ. ligneæ	ana Drach.
	Spicæ Indicæ	
	Croci oriental.	
	Schænanti	ana Drac. iij.
	Herb. Abrotani	
	Abſinthii	
	Agrimoniæ	
	Serpilli	
	Scordii	ana Unc. s.
	Flor. Epaticæ alb.	
	Stæchad. citrin.	ana Drach. js.

Omnia fideliter contuſa & mixta infundantur

vini generosi Lib. vj. digeranrur per octo dies; postea adde:

Aq. Centaur. min.
Cichorei
Veronicæ
Capil. Vener.
Chamomillæ
Fumariæ
Marrubii
Scolopendriæ
Epaticæ alb. ana Lib. s.

Vires, Vsus, Dosis.

PRopinatur felicissime in omnibus morbis Epatis frigidis ejusque obstructionibus. Cachexiæ & Hydropi auxiliatur. Hepatis quoque & Lienis ægritudines antiquas, & chronicas eradicat, & ad illorum humiditatem frigidam confert: Crassos enim, lentos & viscosos humores in illis collectos incidit ac attenuat. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. vel tres, per se vel cum syrupis appropriatis.

AQUA SPLENETICA.

℞. *Rad. Filicis utriusque.*
Polipodii
Apii ana Unc. js.
Aristoloch. rot.
Acori aquat.
Calami aromat.
Levistic. ana Unc. j.
Rhabarbar. elect.
Cort. Capparum

Tamarisc. ana Drach. vj.
Herb. absinthii pont.
Artemisiæ
Agrimoniæ
Fumariæ
Scolopend.
Cassuthæ
Ceterach. ana Unc. s.
Sem. Levistic.
Faniculi
Anisi
Carui. ana Drach.

Crassiusculè concisa & mixta infundantur in Vino Rhenani Lib. x. Stent in digestione per octiduum, postea B. M. per alembicum abstrahantur.

Vires, Vsus, Dosis.

IN Liene ac venis miseraicis materiem crassam & succum melancholicum collectum attenuat ac emollit. Obstructiones liberat. Inflationes & tumores dissolvit. Icteritiæ nigræ, Melancholiæ hypochondriacæ, Febribusque quartanis mirè medetur. Dosis manè & vesperi ab Unc. j. ad tres.

AQUA ANTIHYDROPICA.

℞. *Sem. Erucæ* Lib. s.
Fraxini
Cymini
Apii ana Unc. js.
Rad. Acori veri
Caryophyllat.
Vincetoxic.

Curcu-

Curcumæ
Costi amar.
Card. Mariæ
Ebuli
sarſ. parill. ana Unc. j.
Rhabarb. elect.
Galangæ min.
Nuc. Moſchat.
Caryophyllor. ana Drach. vj.
Cort. Capparum
Med. Sambuc.
Tamariſc. ana Unc. s.
Herb. Agrimoniæ
Soldanellæ
Sum. juniperi virid. ana Unc. s.
Flor. Epaticæ alb.
Sambuci ana Drach. ij.

Inciſa, contuſa & mixta infundantur in Vini Malvatici, Lib. viij. Digerantur per 14. dies in loco calido, vaſe ſingulis diebus aliquoties agitato; poſtea adde:

Aq. Abſinthii Pont.
Abrotani ana Lib. s.
Epaticæ noſt. utriuſque
Artemiſiæ
Card. bened.
Serpilli Lib. j.

Miſc. & per alembicum in B. M. deſtillentur.

Vires, Vſus, Doſis.

EST proprium Hydropicorum remedium: Frigidum enim Epar calefacit & confortat, ejusque obſtructiones liberat & facultates auget. Flatus craſſos diſſi-

pat. Materiam Cachexiæ & Hydropis absumit, & diaphoretica expellit. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij. & tres.

AQUA ANTISCORBUTICA.

℞. *Raphani Sylvest. in taleolas incisi* Lib. j.
Rad. Polypodii Unc. ij.
Angelicæ
Ostrucii
Zedoariæ ana Unc. jt.
Ras. Lig. Guajaci
Sassafras
Calami aromat.
Galangæ min. ana Unc. j.
Cardamomi min.
Croci orient.
Sem. Fæniculi
Cort. capparum
Tamarisc. ana Drach. vj.

Incisa & contusa infundantur in Vini Malvatici Lib. vj. Digerantur in loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum exagitato; postea adde:

Aq. Nasturtii aquat.
Cochleariæ
Vrticæ min.
Vermicular.
Chelidon. min.
Numulariæ
Fumariæ ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahantur.

Vires, Usus, Dosis.

MEdetur propriè in hisce maritimis & Aquilonii Regionibus affectui, quem vocant Scorbuticum:

cum: Lienis enim obstructiones liberat. Humorem fæculentum melancholicum emollit ac attenuat. Sanguinem quoque in universo corpore rectificat. Splenemque valide confortat. Exhibetur auroris aliquot continuis ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij.

AQUA ANTICOLICA SEU Carminativa.

℞.	*Flav. Cort. Aurantior.*	Unc. vj.
	Rad. Zedoariæ	Unc. iij.
	Bac. Lauri excort.	
	Gran. Iuniperi	ana Unc. js.
	Calami aromatici	
	Galang. min.	
	Cinamomi acut.	ana Unc. j.
	Sem. Quat. calid. major. & min.	
	Cærefolii	
	Nigellæ	
	Anethi	ana Drach. iij.

Crassiuscule contusa & mixta infundantur in Vini Malvatici Lib. viij. Stent in Infusione per octiduum; postea adde:

Aq. è Suc. Chamomill. ter destillat.	
Serpilli cum vino destill.	ana Lib. j.

Misce & in B. M. per alembicum destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

COlicæ passioni, quæ à materia frigida & humida vel flatibus originem trahit, præmissis universalibus, mirè medetur. Dosis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria, vel ab Unc. j. ad duas vel Unc. iij.

AQUA

AQUA BENEDICTA SERPILLI.

℞. *Herb. Serpilli cum florib. tempore matutino ante solis exortum decrescenti Luna collect.* Unc.viij.
Chamomill. Roman. Unc.ij.
Saturejæ
Thymi ana Unc. j.

Infundantur in Vini Rhenani opt. Lib. viij. Stent in Infusione per aliquot dies; posteà destillentur. In liquore destillato iterum infunde:

Herb. Serpilli cum florib. Unc. viij.
Cassiæ ligneæ Unc. j.
Lig. Aloes
Macis. ana Unc. s.

Incide in particulas minimas, & post debitam digestionem denuò per alembicum in B. M. destilla & sicverè præparata est.

Vires, Vsus, Dosis.

IN omnibus Catarrhis & defluxionibus tum prohibendis tum etiam Caput ab iisdem præservandis prodest. Cerebrum, Ventriculum, & omnia intestina frigida corroborat. Cibi appetentiam excitat. Urinam ciet. Calculum expellit. Dolores Ventris & maximè Colicam mitigat. Flatus à visceribus & hypochondriis dissipat. Tormina & singultus sedat. Vomitiones cohibet. Menses provocat. Partum, secundinas, & Fœtum mortuum ejicit. Concretum sanguinem dissolvit. Senibus, Orthopnoicis, & Anhelatoribus, item, ruptis & vulsis auxiliatur. Dosis ab Unc. s. ad Unc. j. & Unc. ij.

AQUA CASTITATIS.

℞. *Terræ Sigillatæ* Unc. iiij.
Sem. Agni casti Unc. js.

Rutæ

Rutæ	
Nymphæa	
Lactucæ	
Papav. alb.	ana Unc. j.
Cannabis	
Acetosa	
Portulac.	
Milii Solis	
Endiviæ	
Ameos	
Coriand. præp.	ana Drach. vj.
Rad. Diptam. alb.	
Cynogloss.	
Bistortæ	
Ireos flor.	ana Unc. s.
Santalor. omnium	
Mag. Saturni	
Camphoræ	ana Drach. iij.
Herb. Absinthii pont.	
Menthæ crisp.	
Bursæ Pastor.	
Taraxac.	
Verbenæ	
Fol. Salicis	ana Drach. ij.

Incidantur, contundantur & infundantur in Vini rub. stiptici Lib. x. petmittantur in digestione per octiduum; postea B. M. destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

HÆc aqua non immeritò casta vocatur: Quia Monachorum, virginum monialium, viduarum, illorumque, qui in cælibatu vivere constituerunt, ignitum & pro-

prolificum ſemen ita compeſcit, ut inde libidinoſi omnes ea utentes, in caſtitatis & modeſtiæ amantes, ſine ſanitatis periculo facillimè evadant: Suâ enim frigiditate & occulta quadam proprietate Rem Veneream diſſolvit. Præterea præmiſſis univerſalibus, unamquamque Gonorrhæam ſeminisque profluvium absque ullâ molestiâ curat. Doſis manè & veſperi vel tempore neceſſitatis ab Unc. j. ad Unc. ij. & tres.

AQUA FEBRIFUGA.

℞. *Spec. Febrifug. noſt.*
Herb. Centaur. min.
Card. bened.
Quinque folii
Abſinthii ana Unc. iiij.

Macerentur in ſero caprino & in arena deſtillentur ad tertium cohobium.

Vires, Uſus, Doſis.

EXtirpat Tertianam notham & Quartanam *ſine dubio*: præmiſſis tamen univerſalibus. Doſis ab Unc. ij. ad Unc. iij. manè in aurora & tempore paroxyſmi.

AQUA HYSTERICA.

℞. *Bac. Sambuc. exſic.* Unc. iij.
Rad. Bryoniæ
Dictam. alb.
Paoniæ
Zedoariæ ana Unc. j.
Viſci quercin. Drach. vj.
Caſſ. Ligneæ
Myrrha rub.

Carda-

Cardamom. min.
Croci orient.
Castorei veri ana Unc. s.
Sem. Agni casti
Cymini
Dauci
Rutæ ana Drach. iij.
Flor. Pulsatillæ Drach. ij.

Incisa & Contusa infundantur in Vini Malvatici Lib. vj. macerentur per 14. dies; postea adde:

Aq. Artemisiæ
Matricariæ
Pulegii
Melissæ
Nepetæ ana Lib. j.

Misc. & per B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

SAluberrima hæc aqua omnes uteri suffocationes etiam periculosissimas, vel saltem desperatas & gravissima inde nata symptomata curat atque mitigat. Dosis à Cochl. ij. ad iij. *in ipso paroxysmo per se*; vel cum Spec. Diajovis Scr. j. vel Troch. Jovial. Scr. s. aut cum Specif. uterini nost. Scr. j. In præservatione autem singulis Lunæ quadris Cochl. j. sufficit.

Alia aqua Epileptico-Hysterica famosissima, olim à Viro Clarissimo & Excellentissimo Dn. D. Jacobo Martini, Physico Lubecensi primario & Practico felicissimo, amico meo honorando p. m. adhibita, & adhuc in eadem officina usitata, vulgariter Aq. Lit. A. dicta.

℞. *Cinamomi opt.* Unc. j.

Caryo-

Caryophyllor.	
Zingiberis	
Nuc. Moschat.	ana Drach. vj.
Cort. Citri	
Aurantior.	ana Unc. s.
spicæ Indicæ	Scr. iiij.
Herb. Scariolæ	
Pulegii	
Scordii	
Melissæ	
Menthæ	
Abrotani fæm.	
Matricariæ	ana Unc. ij.
Salviæ	Unc. viij.
Majoranæ	Unc. s.
Sum. Rorismarin.	Unc. iiij.
Castorei veri	Scr. xvj.
Vini adusti	Lib. vj. *cibal.*
Vini Rhenani	Lib. xvj.

Digerantur per triduum in loco calido; postea *in B.* M. destillentur.

AQUA DOMINARUM.

℞. *Cassiæ Ligneæ*	Unc. ij.
Rad. Artemisiæ rub.	
Gentianæ	
Dictamni alb.	ana Unc. ß.
Nucl. Amygd. amar.	
Persicorum	
Cerasorum	ana Unc. j.
Myrrhæ rubræ	
Borrac. Venet.	

Sem.

Sem. Lavendulæ ana Unc. s.
Herb. Marrubii
Rutæ
Sabinæ ana Drach. iij.
Flor. Centaur. min.
Sambuci
Cheiri ana Drach. ij.
Medull. Nucl. interior. Lap. Ætitis
Castorei veri
Opopanacis
Sagapeni
Assæ fatidæ ana Drach. s.
Piperis nigri
Croci oriental.
Succin. alb. ana Drach. j.

Crassiuscule incisa & contusa infundantur in Vini Malvatici Lib. vj. digerantur per aliquot dies; postea adde:

Aq. Calament.
Buglossæ
Matricariæ
Artemisiæ
Pulegii
Verbenæ ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum abstrahantur.

Vires, Usus, Dosis.

PArtum facilitat. Fætum mortuum; nec non secundinam tardantem sine mora expellit, quæ alias si diu detinentur, Cerebro, cordi, ac Stomacho nocumenta non exigua communicat, pravis vaporibus ex ea elevatis & ad jam dictas partes traductis. Quare ejus eductio neque negligenda neque parvi facienda est. Hæc aqua

etiam tarditatem menſtruam præſenti auxilio ſollicitat. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria.

AQVA ANTINEPHRITICA.

℞. *Rad. Ononidis.* Lib. j.

Minutim conciſæ macerentur in vini generoſi Lib. ij. per tres dies; deinde exprimantur, & in colatura infundantur.

Rad. Glycyrrhiz. raſæ	
saxifrag. cum toto	
Petroſelini	
Eryngii	
Pimpinellæ	ana Vnc. iij.
Gran. Alkekengi	
Juniperi	ana Vnc. iiij.
Sem. Milii Solis	
Fæniculi	
Melonum	
Vrticæ	ana Vnc. ij.
Lig. Saſſafras	
Nephritici	ana Vnc. j.
Cinamomi acut.	
Macis	ana Vnc. s.

Stent in infuſione per aliquot dies; poſtea adde:

Suc. Hederæ ter.	
Portulacæ	ana Lib. js.
Fumariæ	
Petroſelini	
Veronicæ	ana Lib. j.

Miſc. & in B. M. ad ſecundum cohobium deſtillentur.

Vires,

Vires, Vsus, Dosis.

AD miraculum Renum calculosam dispositionem emendat, eos confortando & materiam lapidis educendo. Dosis Cochl. ij. tum præservationis tum curationis ratione.

AQUA LITHONTRIPTICA.

℞. *Nucl. Cerasorum*	
Persicor.	ana Unc. x.
Amygd. amar.	Unc. v.
Flor. Sambuci	
Acatiæ	ana Unc. iij.
Rad. Pimpinellæ	
Ononidis	
Verbenæ	
Eryngii	
Malvæ min.	ana Vnc. j.
Ras. Lig. Fraxini	
Oss. Mespilorum.	
Sang. Hircini præp.	
Cinamomi acut.	
Galangæ min.	
Lap. Percar. pisc.	
Oc. Cancri	ana Drach. vj.
Bac. Lauri excort.	
Gran. Juniperi	
Alkekengi	ana Vnc. s.
Fol. Hederæter.	Drach. iij.
Sem. Saxifrag. alb.	
Urticæ Rom.	
Lapathi major.	
Petroselini	
Genistæ	
Milii Solis	
Dauci	ana Drach. j.

Omnia incisa & contusa infundantur in Vini Malvatici Lib. xvj. Et digerantur, sæpe movendo, per 14. dies. Postea in B. M. destillentur.

Vires, Usus. Dosis.

PRopinatur in omnibus calculorum generibus, quibuscunque etiam sint membris. Præcipue autem lapides Renum & Vesicæ potenter confringit, eosque dissipat, atque inde, arenam remotamque urinam mirabiliter expellit, Lumborum dolores sopit, nec minus stranguriam & dysuriam è vestigio solvit. Dosis per se Vnc. j. ad duas per se vel cum syrupis appropriatis, mane stomacho jejuno.

AQVA CONTRA ARDOREM Vrinæ.

℞.	*Rad. Glycyrrhizæ*	
	Althea	
	Malvæ min.	
	Ireos flor.	ana Vnc. ij.
	Pinearum mundat.	
	Amygd. dulc.	ana Vnc. jß.
	sem. Melonum excort.	
	Cydoneorum	
	Apii	
	Papaveris alb.	
	Endiviæ	
	Lactucæ	ana Drach. vj.
	Gran. Alkekengi	
	Myrtillorum	
	Cassiæ fistulæ	
	Galang. min.	ana Drach. iij.

Herb.

Herb. Violariæ
Bellis min.
Veronicæ ana Drach. ij.

Incidantur, contundantur, & infundantur in aquarum ſequentium:

Flor. Papav. errat.
Malvæ utriusque ana Lib. js.
Plantaginis
Portulacæ
Violarum
Lactucæ
Fol. Quercin.
Numulariæ ana Lib. j.

Digetantur per aliquot dies; poſtea in B. M. per alembicum deſtillentur.

Vires, Vſus, Doſis.

ARdorem & difficultatem urinæ mitigat. Ciborum calidorum & lotii acrimoniam obtundit. Exulceratâ fiſtula urinaria, Veſica, Renibus, & ureteribus, ulcera detergit, glutinat, & cicatrice tegit. Præſens eſt remedium, quod in ſenibus etiam Veſicæ ſcabiei ac inde mictioni creberrimæ obnoxiis, utile expertus ſum: Quia urinæ ſtrigmenta mucoſa, aſpera, & dolorifera complanat atque lenit. Doſis ab Unc. j. ad Unc. iij.

AQUA CONTRA VERMES.

℞. *Raſ. Cornu Cervi* Unc. iiij.
Mercurii vivi ſale & aceto optimè purgat. Unc. ij.
Fol. Senæ Alexand. elect.
Sem. Cinæ & Citrini

Corallinæ veræ ana Unc. js.
Nucl. Persicorum
Rhabarb. elect.
Agarici opt.
Myrrhæ rub. ana Unc. j.
Rad. Dictamni alb. exemptâ medullâ
Aristoloch. rotund.
Zedoariæ ana Drach. vj.
Tartari alb
Nitri præp.
Croci orient. ana Unc. s.
Sum. Centaur. min.
Tanaceti
Fol. Persicorum
Scob. Lig. Coryli ana Drach. ij.

Omnia incisa & contusa infundantur in Hydro[illegible] Lib. iiij. Digerantur in Infusione per octo dies; p[illegible] adde:

Aq. Absinthii Pont.
Abrotani ana Lib. js.
Card. bened.
Graminis
Scordii ana Lib. j.

Misc. & in B. M. per alembicum destillentur.

AQUA THERIACALIS.

℞. *Theriacæ Venet.* Unc. viij.
Terræ sigillatæ Unc. ij.
Rad. Angelicæ hort.
Tormentillæ
Enulæ camp. ana Unc. s.
Cornu Cervi Spagyricè calc.
Alcis eodem modo calc.

Lig. Sassafras
Bac. Juniperi
Cort. Citri ana Unc. j.
Boleti Cervini
Myrrhæ rub. ana Drach. vj.
Antimonii diaphoret.
Croci orientalis ana Drach. iij.

Pulverisata & mixta infundantur in Vini Malvatici Lib. viij. & macerentur per octidiuum vel 14. dies; postea igne lentissimo in B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

QUoniam hæc aqua suâ tenuitate in omnia membra se quam celeberrimè insinuans, facile à calore nativo, in actum deducitur, utimur illa felicissimè in omnibus morbis, ubi sudor eliciendus est. In Febribus, lethero, Putredine, Vermibus, Lue Venerea, Puncturis Laterum, Tremore Cordis, Peste, rectificatione sanguinis &c. Non enim tanta alteratione, ut ipsa Theriaca seu Mithridatium, in Ventriculo eget. Dosis ab Unc. s. ad Vnc. j. &c.

AQVA DE CORNU CERVINO.

℞. *Cornu Cervi Spagyricè calc.* Vnc. ij.
Terræ Sigillatæ
Bol. rub. orient. ana Vnc. j.
Rad. Tormentillæ
Dictam. alb.
Scorzoneræ
Zedoariæ ana Vnc. s.
Lig. Sassafras
Santali citrin.

Cassiæ Ligneæ	ana Drach. iij.
Sem. Acetosæ	
Angelicæ	
Citri exc.	ana Drach. ij.
Croci oriental.	
Macis	
Flor. Calendulæ	ana Drach. js.

Concisa & contusa infundantur in succorum depuratorum:

Card. benedict.	
Acetosellæ	ana Lib. ij.
Scabiosæ	
Veronicæ	
Cort. Nucum virid.	
Scordii	ana Lib. s.

Macerentur per 24. horas; postea lento igne ex B.M. in organis vitreis ad secundum cohobium destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

HÆc aqua summam contra Pestem & omnia alia venenata, vim habet, & efficax est ad sudorem eliciendum, præsertim in gravidis & pueris, quibus aquæ Theriacales non conveniunt. Ex hâc *Unc. j.* vel Unc. ij. aut plures pro ægri viribus & natura dantur per se, vel cum aliis medicamentis sudorem elicientibus loco vehiculi appropriati & specifici, miscetur & exhibetur.

AQUA ALOETICA SOLUTIVA.

Aloes Epatic.	Unc. xvj.
Suc. Fol. Senæ virid. exp.	
Elaterii veri	ana Unc. iiij.
Myrrhæ rub.	Unc. j.

Omnia

Omnia invicem bene mixta per B. M. in organis vitreis igne lentissimo destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

VEntriculum hac aqua, quoties usus postulat, inunge, & linteolum sive spongiam calidam superpone, & miram videbis operationem: Est enim Medicina valde illustris, & solis Regibus & Principibus digna.

AQUA COSMETICA.

℞. *Lact. Caprini*	Lib. iiij.
Aq. Rad. Aronis	
Flor. Fabarum	
Rosarum alb.	
Lilior. albor.	
sigil. Salomon.	ana Lib. j.
Mellis virginei alb.	Unc. iiij.
Sacchari cand. alb.	
Thuris albi	ana Unc. ij.
Hermodact. alb.	
Ireos. florent.	
Borrac. Venet.	ana Unc. j.
Sal. Tartari alb.	
Eboris usti	
Camphoræ	ana Unc. s.
Flor. Narcissi alb.	
Malvæ min. alb.	
Nenuphar. alb.	ana Drach. ij.

Misc. & B. M. inferendo, pro ditiotibus, rostro alembici Galliæ Moschat. Scr. j. bombace involuta, destillentur.

Vires, Usus, Dosis.

EXternè saltem adhibetur ad faciem clarificandam & dealbandam. Item omnes faciei maculas & lenti-

gines tollit & singulariter in Ictericis fæditatem cutis emendat: Lavetur autem facies seu cutis aliquoties in die. Vel ℞. Aquæ hujus. Cosmeticæ Unc. vj. Mercurii Cosmetici Drach. ij. Misc. ut fiat instar lactis, quo facies sæpè illinatur.

SECTIO XXI.

DE

LIQUORIBUS MIXTIS.

NECTAR VITRIOLI.

℞.	*Sacchari candi alb.*	Unc. x.
	Sp. Vitrioli rect.	Unc. ij.

Misc. & in vase vitreo obturato, adversus incidentium muscarum & sordium injurias per aliquot menses repone, usque dum materia nigra, picis instar, appareat; postea.

℞.	*Pultis hujus nigri*	Unc. iiij.
	Aq. Rosar. fragrantiss.	Lib. ss.
	Menthæ crisp.	Lib. s.
	Cinamomi bugloss.	Unc. vj.
	Syr. Acetosit. Citri.	Unc. iiij.
	Man. Christi simpl.	Unc. ij.

Vires. Usus, Dosis.

AD Ventriculi intemperiem tam frigidam, quam calidam valdè commendatur: Ejus enim vires languidas & resolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert & frigi-